UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Sitis

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

r, oprias deplorare calamitates, deſlent eas ſub prætextu luctus alieni.

Mellitus gladius.

In pernicioſam adulationem dici ſolitum. Ein Angel legen, Ein verdeckt eſſen. Ein Wolffsgrub machen. Ein Judas kuß geben.

Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat. *Plaut.*

Torquebitur in eos, qui coram blandiuntur, clam obtrectantes: palam amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hic proſunt, illic lædunt. Simile huic eſt: altera manu ſcabit caput, altera malam ferit. Es ſeind böſe Katzen/die vornen lecken vnd hinden kratzen.

Charadrion imitans. Χαραδριὸν μιμούμενος. *Greg. Theolog.*

Dici ſolitum de diſſimulante, ac rem vtilem occultante.

De rediuia queritur maiori obnoxius malo. περὶ τῆς παρωνυχίας μέμφεται ὁ τῷ μείζονι ἐνοχος κακῷ.

Vbi quis prauo pudore, leuiſſimis malis, quærit remedium, diſſimulans maiora.

Simia in purpura. πίθηκος ἐν πορφύρᾳ.

Lepide transfertur in eos, qui barba pallioq; ſimulant ſanctimoniam.

Poſtico diſcedere. τῇ κηπαίᾳ ἀποχωρεῖν.

Dicitur, qui furtim abit, aliis ſeſe ſubducens. In hos congruet quos pudet παλινῳδεῖν, *ſed diſſimulanter transferunt in alienam ſententiam.* Hinder der Thür vrlaub nehmen.

Barbatenus ſapientes.

Sic appellantur Philoſophi & Sophiſtæ, ἐκ πώγωνος σοφοὶ, *id eſt, Barbatenus ſapientes Recte torquebitur in hos, qui vniuerſam vitæ ſanctimoniam non in animo, neq; in moribus, ſed in cultu conſtituunt.*

¶ PROFANA EXEMPLA.

M. Tullius Tuſculanarum quæſtionum quinto, ſcribit Epicurum tantummodo perſonam induiſſe Philoſophi. *Eraſ. in Adagiis.*

Vlyſſes, ne ad Troianum bellum iret, boue & aſina iunctis terram proſcindere, & ſal ſerere cœpit, ſed aſtum eius Palamedes detexit. *Cic. 3. Offic.*

Meton Athenienſis Aſtronomus, cum infelicem euentum Siculæ expeditionis præuideret, mente ſe captum finxit, & domum incendit. Itaq; inſanus iudicatus, libero dimiſſus eſt. *Ælian. li. 13.*

L. Iun. Brutus, ſimulata mentis impotentia, Tarquiniorum inſidias euitauit. *Liuius.*

Ramirus ex monacho quintus Arragoniæ Rex rumorem diuulgauit: ſe campanam tam magnam conflaturum, cuius ſonus per totam Hiſpaniam audiretur. Excitos ea fama proceres, à quibus imperitiæ nomine contemnebatur, comprehendit & interfecit. *Marianus li. 8.*

Romanus ſcurra Cabba (ſiue Calba) inuitabit ad cœnam Mecœnatem. Inde eum & vxorem ſuam cernens inter ſe annictantes leni capitis inclinatione dormire ſimulauit. Interea cum quidam ex ſeruis foris arreperet ad menſam, ac vinum interciperet: ſuſpiciens, neſcis infelix, inquit, ſoli me dormire Mecœnati? *Plut. ſerm. amatorio.*

Dionyſius Syracuſiorum tyrannus hoſpiti cuidam bono dedit talentum, prætextu, quod ab eo audiſſet inſidiatorum quorundam indicia. Eo rumore abſterriti fuere inſidiatores, ne conceptam iam coniurationem perficerent. *Plut. in regum apoph.*

Vide Hypochryſis.

Simultas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Simultas, vt Feſtus ſcribit, odium eſt. Dicta ex contrario, quia minime ſunt ſimul, qui ſe inuicem oderunt: & quia ſimulata loquuntur: poteſt & à Simulatione dicta videri. *Ioan. Tislin, comment. in orat. pro M. Cæl.* Gr. ἔχθρα, Hebr. *Ebah*, inimicitia tum tecta, tum aperta, *Gen. 3. 16.* A verbo *Aiabh*, inimicatus eſt, inimicitias exercuit, infeſtauit.

¶ APOPHTHEGMATA.

Chilonis dicterium eſt: Sic ama, tanquam oſurus: ſic oderis, tanquam amaturus. Hoc dicto admonuit, nec ſimultates tam acriter exercendas, vt præcludatur omnis in gratiam reditus: nec amicis adeo fidendum, vt illis committas, quod ſi fiant inimici, poſſint te perdere *Gell.*

Ariſtides è concione quadam, in qua fruſtra Themiſtocli obſtiterat, diſcedens, clara voce teſtatus eſt, res Athenienſium incolumes eſſe non poſſe, niſi & ipſum & Themiſtoclem in barathrum coniicerent: prius habens, morte affici, quam ob duorum ſimultatem minus recte conſuli publicis commodis. *Plut. in Ariſtide.*

Cratides. Lyſandro defuncto, quum de ſocietate belli nata eſſet controuerſia, Ageſilaus adiit Lyſandri domum, inquiſiturus ſuper hac re literas, quas Lyſander apud ſe detinuerat. Reperit autem præterea librum à Lyſandro conſcriptum de nouando Reipub. ſtatu, quod oporteret regnum ab Eurytionidis & Agide ablatum (his tantum familiis fas erat creare Reges) in commune [...] Regem eligi ex optimis: quo videlicet hoc honoris decerne[...] his, qui genus duxiſſent ab Hercule, ſed iis, qui tales eſſent, qualis fuiſſet Hercules: quandoquidem virtute, non gener[...] mendatione, & ille ad diuinos honores ſubuectus eſt. Hunc [...] nem Ageſilaus nitebatur apud ciues euulgare, cupiens [...] ſtendere, qualis ciuis clanculum fuiſſet Lyſander, non [...] nia eorum, qui Lyſandro fauerant. Sed ferunt, Cratidem, [...] inter Ephoros primas tenebat, veritum, ne lecta oratio per[...] reuocaſſe ab eo conſilio Ageſilaum, ac dixiſſe: non ſolum [...] refodiendum Lyſandrum, ſed ipſum potius orationem cum [...] fodiendam, quod callide, & ad perſuadendum accommod[...] poſita videretur. Hoc factum declarat Lyſandri peruerſam [...] nem, qui nihil intentatum reliquerit ad regnum adipiſcend[...] idem arguit Ageſilai moderationem, qui priuatam [...] poſthabuit vtilitati Reipublicæ. *Plut. in Lac.*

Bibulus, quum Pompeio eſſet inimicus, prius tamen [...] rogationem tulit, vt vnicus conſul Pompeius decerneret[...] nim (inquit) Reſpublica ab imminente procella per illum [...] tur, aut optimo parcendum erit. Egregius animus, qui [...] multatem poſthabuit Reipubl. commodis. *Eraſ. Rot. l. 6. ap[...]*

¶ SIMILITVDINES.

Plut. Sicut is, qui Prometheum Theſſalum cogita[...] caſu tuber ita percuſſit ac diſſecuit, vt ſeruaret hominem [...] bere periculo liberaret: Ita non raro fit, vt conuitium [...] tem & odium impactum medeatur animi morbo, vel ign[...] neglecto. *De Vtilitate capienda ab inimicis.*

Vt inueterata conſuetudo, etiamſi lædat, tamen haud [...] pellitur: Ita ſimultas inuidiam, zelotypia mali memor[...] mo relinquit. *in Moral.*

Vide Odium, Inimicitia.

Sitis.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Sitis, Græce δίψα, ης, ἡ, & διψάω, ſitio dicitur. Hebr. *Tſ[...] meah, Tſimman*, à verbo *Tſamah*, ſitiuit, quod cognatio[...] bet cum *Maſat*, & *Mitſah*, emulſit liquorem ad ſiccita[...] ſiccitas, vel locus aridus dicitur ſitire. Hinc μάσσω, [...] exhaurio. Eſt autem ſitis appetitus frigidi & humidi *ſecund[...] de Anima.* Ponitur etiam pro nimia auiditate cuiuſcunq; [...] famæ ſitis eſt, quam virtutis. Hinc dicitur ſitio verbum [...] ſus, qui ſemper ſitit: & ſitibundus, hoc eſt, ſitiens: & [...] hauriendam aquam, quod aquam ſitiat.

¶ BIBLICI LOCI.

Sitiens Chriſtus potatur aceto, *Ioan. 19. v. 20.* ſitienti D[...] adfertur, *2. Sam. 17. v. 27*, ſitientes vitam æternam, *Ioan. 7. [...]*

Sitis inobedientibus. *Deut. 28. v. 48.*

¶ SENTENTIAE POETICAE,

Ouid. 6. Met.

Hauſtus aquæ mihi nectar erit, vitamq; fatebor
Accepiſſe, ſimul vitam dederitis in vndis.

Ibidem.

Non ego noſtros
Abluere hic artus, laſſataq; membra parabam,
Sed releuare ſitim: caret os humore loquentis,
Et fauces arent, vixque eſt via vocis in illis.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Sitim ex caleſcente corpore naſci certum eſt. *Ariſt. prob[...] num. 30.*

Sitiunt, qui timent, quia eos pulſo ſanguine ſiccitas [...] *num. 3.*

Sitim cur minus quam famem tolerare poſſumus [...] eſt magis anxia, vel quia calor, quo viuimus, humidum [...] ſiccum deſiderat: vel quia ſitis eſt libido potionis & cibi, [...] us tantum: vel quia ſiti magis contriſtamur, quam fame. [...] *ſect. 28. num. 5.*

Sitiunt vehementer hi, quorum venter inferiorem [...] exercet, quoniam humoribus deorſum collapſis ſtomach[...] tur: ſitis enim non niſi per ſiccitatem oriri ſolet. *Alexan[...] probl. 2 num. 100.*

Sitis magis agit quam fames, *D. Tho. in 2. de cæl. l. 22. tex[...]*

Sitis eſt appetitus humidi naturalis. *Pet. de Aluer. de [...] ſenect. vit. & mort. reſp lib. 5.*

Sitis calidi potus, aut frigidi, aut multi, aut pauci eſt, [...] ſumma qualis cuiuſdam potionis. *Plat. de Repub dial. 4.*

Siti ſi caliditas quædam adfuerit, frigidi cupiditatem [...] duxerit, ſi vero frigiditas calidi, ſi ob multitudinis præſen[...] ta ſitis fuerit, multi cupiditatem inducet: ſi vero pauca, pa[...] *ibid.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ãpliõris cuiuſdam cupiditas in anima. *ibid.*
nquam eſt alterius cupiditas, quam eius, cuius à natura
ocus, & ipſum eſurire cibi. *Plato de Rep. dial.* 4.
eſt nec multi, nec pauci, nec boni, nec mali, neque in
ilis cuiuſdam eſt, ſed ipſius potus ſolum natura ſitis eſt.

anima in quantum ſitit, non aliud quid vult quam bi-
appetit, & ad hoc feſtinat. *ibid.*
ralis liquorem appetit, priuſquam ſenſu ſentire non a-
, ſed poſtquam agnouimus, iu. ſus appetimus appetitus,
ſequitur, imaginarius eſt, & à ſubſtantia noſtra remo-
dens vero ſubſtantiæ intimus: ideo quum liquorem gu-
i nur non ſequentis propriæ, ſed antecedentis appetitus
plectimur, & in ſubſtantiam noſtram perfecte transferi-
Plat. Theol. l. 10. *c.* 3.

¶ Exempla Biblica.

mpla: Agar & eius filius, *Gen.* 21. v. 14. 15. Iſraelitæ, *Exod.*
tem. 9. v. 10. *Num.* 20, v. 2. Siſſera, *Iud.* 15. v. 18. Exercitus
elitus & Iuda, & Edom, 2. *Reg.* 3. v. 9. Betuliani, *Iudith* 7.
ci. *Eſa.* 5. v. 13. lactantes paruuli, *Thren.* 4. v. 4. Chriſtus
Ioan. 19. v. 28. Apoſtoli, 1. *Corint.* 4. v. 11. Paulus, 2. *Corint.* 11.

ſequentem tit. de Sobrietate.

Sobrietas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

, Græce σωφροσύνη, ης, ἡ, & σώφρων, ονος, ὁ, ſobrius dicitur.
as proprie eſt circa potum inebriatiuum: large vero eſt
mnem materiam. *ſec. B. Tho. ſecund. Secund. q.* 143. *c. princ.*
eſt, qui in cibo & potu temperans eſt, quam ſine ebrieta-
tis nomine etiam temperantia ſignificatur.

¶ Biblici Loci.

as commendatur *Luc.* 21. 34. *Rom.* 13. 14. 1. *Theſſ.* 5. 6. 1. *Tim.*
4. 5. *Tit.* 1. 8 & 2. v. 2. 3. 5. 12. Sobrietas animi commendatur,
Cor. 5. 13. 1. *Theſſ.* 5. v. 6. 8. 1. *Pet.* 1. 13 & 4. 9. & 5. 8. ad ſobrie-
ndum, *Rom.* 12. 3. Sobrius, temperans, qui ſuis affectibus
m ebrio ſpeciatim, tum intemperanti generatim oppoſi-
3. 1. *Theſſ.* 5. 6. 1. *Tim.* 3. 2. 11. *Tit.* 1. 8 & 2. 2. 5. 6. 1. *Petr.* 4. 13 &

¶ Patrum Sententiae.

as eſt mentis & ſenſus, membrorum omnium, corporiſq;
atis pudicitiæque munimentum, pudoris proxima ami-
ſerua honeſtatiq; ſemper coniuncta, criminumq; & vi-
tium profuga. *Auguſt.*
as eſt recti iudicii tenax, memoriæ recordationiſq; inſe-
pientia, ſecretorum cuſtos, arcani velamen lectionum &
pax, ſtudiorum & artium bonarum diſciplina, pariter &
geniorum, & capiendorum pediſſequa, bonæ famæ ſem-
ſalubria atq; vtilia creans, virtutis ſingulare auxilium,
ratione diſponens, in congregatione honeſtorum ſe
crens. *ibid.*
temeritatem fugit, pericula cuncta declinat, mutuis
emperat ſuperbiam deteſtatur, domum familiamq; cum
e gubernat, fidem ſibi committentibus ſeruat. *idem.*
is perſeuerantia inæſtimabilis eſt animi fortitudo, om-
tutes, & omnes laudum tituli concupiſcunt: quia ſine ſ,
ut placere non poſſunt. *idem.*
s omnium virtutum mater eſt, ſic è contrario ebrietas
itiorum origo. *Orig. hom.* 87.
s felix, ſatietas ſalutaris, quæ quanto copioſius ſumitur,
ſobrietatem mentibus donare dignatur. *Caſſiod. ſuper*

naturæ ſatis eſt, replere indigentiam velis, nihil eſt, quod
luentiam petas, paucis minimiſq; natura contenta eſt,
atem ſi ſuperfluis velis vrgere, aut iniucundum, quod in-
aut noxium. *Bern. de conſ.*

¶ Sententiae Poeticae.

Horat. 2. ſerm. 2.

ipere nunc victus tenuis quæ, quantaque ſecum
ferat: in primis valeas bene: nam varia res
noceant homini, credas memor illius eſca,
ſimplex olim tibi ſederit.

Ibid.

Vides vt pallidus omnis
na deſurgat dubia? quin corpus onuſtum
ſternis vitiis animum quoque prægrauat vna,
tque affigit humo diuinæ particulam auræ.
lter, vbi dicto citius curata ſopori
embra dedit, vegetus præſcripta ad munia ſurgit.

Lucan, lib, 4.

iſcite quam paruo liceat producere vitam
Et quantum natura petat: non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus Conſule Bacchus,
Non auro murrhaque bibunt, ſed gurgite puro
Vita redit: ſatis eſt populis fluuiiſque Cereſque.

¶ Sententiae Philosophicae

Hanc ſanam ac ſalubrem formam vitæ tenete, vt corpori tantum indulgeatis, quantum bonæ valetudini ſatis eſt, cibus famem ſedet, potio ſitim extinguat, veſtis frigus arceat, domus munimentum ſit aduerſus infeſta corporis, hanc vtrum ceſpes erexit, an varius lapis gentis alienæ, nihil intereſt. Scitote tam bene hominem culmo quã auro tegi, Cogitate nihil præter animum eſſe mirabile, cui magno nihil magnum eſt. *Senec. epiſt.* 5.

Sine faſtidio implendus eſt venter. Quid enim ad rem pertinet quid accipiat, perditurus quicquid acceperit? *Epiſt.* 21.

Sobrietas virtus eſt appetentis, per quam prauæ voluptates non appetuntur quidem. *Ariſt. de virtut. & vit. diuiſ.*

Sobrietas eſt affectus moderationis contra incentiua crapulæ, & diluuium ebrietatis. *Cic. de Offic.*

Sobrietas & animabus vtiliſſima eſt ac etiam corporibus. *Philo de verbis. Reſipuit Noe.*

Sobrietas eſt cibi & vini optima moderatrix, qua qui caret, omnes aliæ virtutes obſcurantur. *Franc. Patr. de reg. l.* 6. *c.* 26.

Sobrietas continentia eſt Dei cultus. *Auguſt. Steuch. de prec. philo. li.* 10, *c.* 79.

¶ Apophthegmata.

Muſonius. Delicatulos picam expertis mulieribus non diſſimiles eſſe aiebat. Nam & ipſi, inquit, velut illæ familiariſſimos cibos faſtidiunt, ore ventriculi corrupto. Itaq; vt ferrum inutile aciẽ nouã ſemper eget, ſimiliter & illorum ſtomachi inter edendum acui nunquã non poſtulant, ſiue mero, ſiue aceto, ſiue acerbo aliquo condimento *lib. de alimen. apud Stob.*

Anonymus. Lacon quidam conſpiciens quendam pretioſam auiculam ſibi appoſitam præ faſtidio renuere: at mihi, dixit, etiam vultur & hircus ſapiunt. *Stob. ſerm.* 13.

Zeno Citticus ne per morbum quidem cibo magis delicioſo vti voluit. Igitur medico columbinum pullum conſulente, ipſe conſilii impatiens, non ſecus quam mancipium nomine Manem, ſi ægrotaret, curari ſe iuſſit. Si enim, inquit, abſq; ſumptuoſis alimentis recuperare ſanitatem ſeruus poteſt, quid idem mihi futurum prohibeat? *Laert.*

Archidamus. Quodam Archidamo pollicente vinum ſuaue: Quorſum, inquit opus? quandoquidem & plus abſumetur: & quæ fortes decent viros, ea reddet inutiliora. O vere maſculum animum & omnium deliciarum contemptorem. *Plut. in Lac.*

Demades prandens apud Phocionem, cum apparatum admodum tenuem videret: Demiror, inquit, ô Phocion, te Rempubl. adminiſtrare, cum poſſis ad iſtum prandere modum. Bis errans, & quod lucri tantum cauſa putaret adeundam Rempubl. & quod ſucum probaret in eo, cui maxime conueniebat ſobrietas. Sed Demades alios è ſuis moribus æſtimabat: Erat enim & pecuniarum auidus, & luxui deditus. *Eraſ. l.* 6. *apoph.*

Leotychidas, percontanti cuidam, quamobrem Spartiatæ parciſſime biberent? Ne, inquit, Leotychidas, pro nobis alii, ſed nos potius pro aliis conſultemus. Salſiſſime notans, vinoſos non eſſe ad conſultandum idoneos, at ſalubrium conſiliorum parens eſt ſobrietas. *Plat.*

Cyrus maior, cum ad hoſpitem diuertiſſet, rogareturq; quid ſibi cœnæ vellet apponi? reſpondit: Panem tantum, & ſperare ſe prope fluentem riuulum cœnaturum. Hic ſuos etiam monere ſolebat, vt aquam bibere conſueſcerent, & fierent Hydropotæ, quod vinum omnibus bonis rebus inimicaretur. *Xenoph.*

Romulus legitur vini fuiſſe parciſſimus. Is ad cœnam vocatus, quum ibi minimum bibiſſet, eo quod poſtridie negotium haberet, dicunt illi ſimiliares: Si ad iſtum modum bibant omnes homines, vinum eſſe vilius, ille reſpondit: imo vero carius ſi quantum quiſq; volet, bibat, nam ego bibi, quantum volui. *Eraſ. li.* 6 *apoph.*

Epaminondas. Legati venerunt à Perſarum Rege, ferentes aurũ, animo corrumpendi munerib. Epaminondam. Inuitati ſunt igitur ad prandium ab ipſo: intelligebat enim, qua gratia appuliſſent: iuſſit vero à prandio, vt cauſam aduentus explicarent. Appoſita eſt menſa vilis, bibebant vinum acidum, neq; habebant quod ad hæc dicerent. Tum ille ſubridens: Abite, inquit, & domino veſtro mea prandia narrate, vt intelligat, iis me contentum non facile ad proditionem allici poſſe. *Æmil. Probus. Stob. ſer* 5. *Idem de Xenocrate Alexandri Macedonis quinquaginta auri talenta recuſante refertur.*

Piſcennius Niger, militib. vinum ab eo petentibus: Nilum habetis, inquit, & vinum quæritis? Docuit autem, vinolentiam militib. ceu peſtem fugiendam eſſe, qui tum demum ad res gerendas prompti ſunt, quum ratio mero non peruertitur. *Bruſ. Spart.*

Idem, Romanis à Saracenis victis, dicentibuſq;, Vinum non accepimus, pugnare non poſſumus: idem inquit: Erubeſcite, nam qui nos vincunt, nil aliud quam aquam bibunt. *Spart.*

Fridericus Imp. ſtudioſiſſimus temperantiæ ac ſobrietatis cultor fuiſſe dicitur. Is quum audiſſet, Leonoram vxorem (quæ pa-